Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)
1732 Seite CLV



# CATALOGUS
## *Codicum Bibliothecæ Otthobonianæ.*

1. CODex Otthobonianus Græcus manuscriptus chartaceus, in folio, constat foliis 387. fuit olim *ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps*, signatus O, V, 29. Folio 4. *Vita Ephræmi*, quæ incipit, γέγονέ τις ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀνήρ. A fol. 6. ad fol. 92. *Parænefes XLVII.* quarum prima, δόξα σοι: postrema *ad Eulogium*, εἰς τὸν καρπόν. A fol. 92. ad finem sequuntur *Sermones diversi*, qui una cum antecedentibus sunt universim *CXVII.* quorum postremus est *de Juliano Asceta*; octogesimus vero, *Sermo de virtutibus & vitiis in capita XXII.* divisus. Fol. 243. κεφάλαια τοῦ ἀββᾶ Ἀμμῶνα παραινετικὰ ιθ'. quæ in hoc codice numerum LXXVII. occupant: adeoque si hæc capita Ammonæ, & capita XXII. de virtutibus & vitiis detrahantur, erunt universim in hoc codice *Sermones Ephræmi XCIV.* quorum quinque sequentes, præ cæteris præstant quos in aliis Bibliothecis nondum Græce reperimus.

1. *De Sacerdotio*, περὶ ἱερωσύνης. Initium: ὦ θαῦμα παράδοξον: pag. 208.

2. *Quod abstinendum sit ab omni noxia conversatione, & de continentia.* καλὸν τὸ προσέχειν. 237.

3. *Non esse scandalizandum proximum.* τοὺς προσελθόντας ἐπὶ τὸ σάδιον τῆς εὐσεβείας. pag. 240.

4. *De recordatione mortis, & de virtute ac divitiis.* πειθαρχεῖν δεῖ τῷ λέγοντι. pag. 249.

5. *De S. Juliano Asceta.* οὗτος ὁ ἄριστος τῶν ἀσκητῶν. pag. 381.

2. Codex Otthobonianus Græcus in fol. membranaceus, optimæ antiquitatis, sed initio & fine mutilus, foliis quoque loco suo passim motis. chart. script. 213. quarum priores 106. ad Ephræmum spectant: reliquæ ex alio codice huc translatæ. Continet *Sermones Ephræmi XX.* quorum I. in proxime recensito Catalogo est Sermo 80. 99. 100. 101. 102. II. 50. III. 111. IV. 118. V. 48. VI. 57. VII. 58. VIII. 59. IX. 63. X. 119. XI. 61. XII. 64. XIII. 120. XIV. 71. XV. 60. XVI. 70. XVII. 121. XVIII. 51. XIX. 52. XX. 122.

In altera parte exstant quæ sequuntur: videlicet. I. *Germani Patriarchæ CP. Sermo in ingressum Deiparæ* fol. 110. II. *Martyrium S. Barbaræ.* fol. 120. III. *Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Orestis*, 127. IV. *Martyrium S. Ignatii Antiocheni Episc.* 148. V. *Certamen trium Puerorum*, 156. VI. *Martyrium S. Anastasii*, 161. VII. *Martyrium S. Stephani Protomartyris*, 165. VIII. *Martyrium S. Anysiæ*, 171. IX. *Capita sex ex vita S. Basilii Magni*, quæ Amphilochio tribuitur, a fol. 186. ad fol. 205. quorum quintum caput inscribitur, περὶ τῆς γυναικὸς τῆς γραψάσης τὰς ἁμαρτίας αὐτῆς ἐν τῷ χάρτῃ. γυνὴ δέ τις πλούτῳ καὶ εὐγενείᾳ κομῶσα: *de muliere quæ peccata sua in charta scripsit. Mulier quædam divitiis & nobilitate clara.* Est autem apud Amphilochium *Caput XV.* quod nos supra retulimus pag. XXXVII. sed nonnihil discrepat hoc manuscriptum ab editis. X. *Gregorii Nazianzeni Sermo in sancta Lumina*, *fol.* 205.

Fuit olim *ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps*, signatus N, *V*, 5.

3. Codex Otthobonianus Græcus in fol. membranaceus, olim *ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps*, signatus *C*, *II.*, 4. Continet diversos Patrum Sermones, inter quos secundo loco ante postremum est *Sermo S. Ephræm* sic inscriptus: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ εἰς τὸ σωτήριον πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ. φοβοῦμαι τοῦ λαλῆσαι. *Sancti Patris nostri Ephræm in salutarem Passionem Domini nostri Jesu Christi. Eloqui pertimesco.*

---

# SERMONES S. EPHRÆM SYRI
## *Qui exstant Græce manuscripti in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi.*

1. S*ancti Ephræm Syri sermones Parænetici sive monitorii Quinquaginta ad monachos.* Λόγοι παραινετικοὶ πεντήκοντα πρὸς μοναχούς. δόξα σοι ὁ Θεὸς, δόξα σοι, καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι. In Bibliotheca Cæsarea Lib. 3. p. 105. Cod. ms. Græco LXI. a fol. 1. ad fol. 92. Vide operum S. Ephræmi editionem Vossianam Coloniæ apud Arnoldum Quentelium An. 1603. Tom. 2. p. 334.

51. *Ejusdem S. Ephræmi Capita centum ad monachos, quibus continentur narrationes & admonitiones variæ, sed potissimum de ratione ac modo acquirendæ humilitatis.* Κεφάλαια ρ'. πρὸς κτῆσιν ταπεινοφροσύνης. Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ ταπεινοφροσύνης ὑποταγὴ ἐν Κυρίῳ: *Initium fructificationis est flos, & principium humilitatis est obedientia in Domino.* Cod. Græc. LXI. a fol. 92. ad fol. 113. lib. 3. p. 105. Edit. Vossian. Colonien. Tom. 2. pag. 446.

52. *Ejusdem S. Ephræmi sermo commonitorius de divina retributione ad propriam animam.* Λόγος περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ὑπομνη-



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0199
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg